



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.10. Circumdederunt ergo eum, &c. oues meæ vocem, &c. Præscitos illi præferunt qui Christum circumdant; & Prædestinatos, oues, quorum primum indicium est, audire vocem eius, illam simpliciter ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

cælum, quodque te conspiciat ex alto, & quasi suspensos cælos ipsos, & Angelos alloquatur: *Obstupescite cæli super hoc, & portæ enis desolamini, etc. Me dereliquerunt fontem aqua viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.*

Nim. 25.
7.

Quid acturus sum super impudentia tali, qua mihi dorsum vertunt, & vilibus adeo postponunt delictis? Quis hoc sufferat? Iustum esset tibi supplicium si mitterem Angelum, qui te & aliam pugione confoderet, ut olim laudabiliter fecit Phinees illis, qui similitate polluerant impietate. Hæc quidem condigna ait, tuis sceleribus, sed quid? Pater tuus sum, Pater misericordiarum & totius Deus bonitatis, atque ut talis: *Non faciam secundum furorẽ iræ meæ.* Vtinam attentius tu perpenderes, quod sanguinem bibisti pauperis, quem perire permisisti: hic autem contra te vociferetur: & tu similiter, qui fame cernis perire languentes, nec illis compatiris magis, quam dives ille Epulo jacenti Lazaro, quod Deum quasi stupentem detineas & attonitum, sibi loquentem: qua ratione tantam perferam duritiem, tantam non castigabo malitiam? Sic seipsum Propheta proposuit. Ezechielii tales considerantem & exclamantem. *Vsuram & superabundantiam accepisti, & auare proximos tuos calumniabaris, etc. Ecce compleri manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui.* Verbum Complodere significat ad iniuriam collidere eo modo quo agit quando alicui indignatus manus collidis, ambæque coniungens elatis brachijs, sic inquisi Apage hinc.

IX.
Nostra
nobis
Deus ex-
probrat
peccata.
Ezec. 22.
22.

Eo modo se Deus ostendit, crudelem te & auarum conspiciens, qui denarios Deo anteponis, illique in paupere frustum panis denegas unimilicors. *Eccc compleri manus meas super auaritiam tuam.* Hinc apage: tua namque meretur peruersitas, ut te perdam in æternum. Hoc tua meretur auaritia. Sed quid ago? Deus ego sum, & tui gratia sanguinem meum profudi, tuamque volo expectare correctionem. Vtinam & tu considerares dignitatem ardellio (a) qui caelestes continens sedes quas tibi Deus offert, viles has mundi sectaris ipso vento, vel fumo, vel umbra vaniores: quod ipse hæreat anteo suspensus, te tuasque perpendens ipse cogitationes. *Peccata mens cogitationes.*

(a) Papa
uicino.

22. 11.

hominum, quoniam vana sunt. Quasi dicat *Os. 12. 2.* quid illi faciam, qui continuo ventos sectator & auræ? *Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. Quid faciam tibi Ephraim.* Illud tibi conueniet, si tuas perpendam iniquitates. Porro, non faciam secundum furorẽ iræ meæ. Proh Dei misericordia! diuinam eius obstupescite bonitatem. Habes hic imaginem qua D. Ioan. Christum nobis describit. *Ambulabat in portis Salomonis: & quam apte huic imagini conueniat illa sapientissimæ mulieris sententia. Non vult Deus perire animam, sed reuertat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est.*

§. 10. Circumdederunt ergo eum, & c. oues meæ vocem, & c. Præscitos illi præserunt qui Christum circumdant: & Prædestinatos, oues quorum primum indicium est, audire vocem eius, illam simpliciter credendo: sicut & illorum, illum circumcingere.

Secundam nobis proponit Euangelista imaginem scilicet reprobatorum in figura horum inimicorum Christi, qui tam clare tales se esse demonstrant, ut poni possint tamquam symbolum eorum, qui præciti sunt: sicut ad exprimendum hominem crudelem, Neionem p. of. 8, & ad declarandum sapientem propositis Salomonem: ita similiter si reprobatorum vis cognoscere, illos intueri. Imago tertia est prædestinatorum, quam nobis depictam offert penicillo multo eminentiori, quam fuit Apellis, lingua scilicet. Saluatoris: etenim illos nobis depingit in symbolo suarum ouium.

Expendit Theodoretus Dei consuetudinem: etenim quia homo per peccatum: *Comparatus est in iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Solet Deus homines animalibus comparare: crudeles, tyrannos, leonibus: astutos & versipelles, vulpibus: gulosos, vris: carnales & luxuriosos, porcis & iumentis: bonos & pacificos, animalibus mansuetis, domesticis & simplicioribus. vespere columbis, & nominatim ouibus: harum enim symbolum nobis describit prædestinatos: & latius quidem nobis illud indicauit (inquit D. Aug.)

24
I.
Homines
varie
compara-
rantur
animali-
bus.

Serm. 5. de
provident.
Ps. 48. 13.

Tyrol. 48. D. Aug. quandoquidem in ferm. de iudicio; *in Ioan.* dicendo quod omnes homines in duas sunt *Matt. 25.* deuidendi classes, prædestinatorum & probatorum: hos declarauit lob symbolo hædorum, illos autem in figura ouium.

Illa igitur symbola perpendamus & imagines, vnam alteri conferamus & opponamus: oues, sicut illas Christus describit, illos autem reprobatos, & illos, describit Euangelista: quatenus per hoc vnusquisque faciat coniecturam, vtrum prædestinatus sit, vel reprobatus: vtrum merito sperare possit annunciantium se inter oues, quas iudex statuet ad dextram: vel timere inter hædos se collocandum, quos ad sinistram reiciet. Domine, in quo cognoscemus an de numero simus: ouium tuarum: carum perpende conditiones.

Prima est, ex sententia D. Bern. quam ponit Saluator primo loco: *Oues meæ vocem meam audiunt.* In hoc signo ita in communi prolato, multa alia particularia comprehenduntur, secundum quod in SS. litteris multifariam intelligitur: audire vocem Dei. Primus modus & magis literalis assignatur à D. Basil. verbi illius: *Audiunt vim expendente. Audiunt: vocem meam audiunt, non disputant, neque discutunt.* Simples sunt oues, & audientes vocem Pastoris circa illam non altercantur, non disputant, vtrum se debeant mouere illius voci conformiter, sed simpliciter illam audiunt. Quid oues meæ simplicem voci meæ præstant obedientiam, nec illam disputationi subiciunt, vel examini. Hinc omnis orta est nostra calamitas, quod parentes nostri Protoplastes audientes Dei vocem in paradiso præcipientis eis, ait, ne comedent de arbore scientiæ boni & mali, simul asseuerantis, quod si comedere præsumerent, morerentur, illam questionem subiecerunt & examini cum diabolo, qui illos accessit interrogans. Quare vobis præcepit Deus, ne fructum arboris illius comederetis? Respondent illi: quia nobis comminatus est, quod si fructum illius gustemus, certo certius nobis sit moriendum. Hinc apagete tale commentum: cur, quæso, moriemini? Arborem intuemini, quam pulchra, quam formosa sit, & quam lapidus esse debet eius fructus? Vt quid illa potius, quam aliæ, vobis mortem inferet, & occidet? Nulla huius constat ratio, nec in illo fructu quid-

quam videtur esse mortiferum, magis quam in aliis. O quantis hic defectus, velle pastoris vocem submittere discussioni. Hinc illa lachrymæ, hinc nostra perditio. Oues meæ vocem meam examini non subiciunt, inquit Deus.

Omnes admirantur argumentum, quod his conformiter prosequitur D. Chrysostr. ostendens quam simpliciter, & omnia omni disputatione audire Dei vocem nos oporteat. Manifestum est, seruum Domino suo debere obedientiam: quocirca supremo Domino suprema debetur obedientia. Quænam est hæc? Ea, quæ nullam admittit contradictionem, nullam disputationem, quod si contradictio contraria sit obedientiæ, suprema obedientia nec punctum quidem patitur contradictionis. Hæc est illa, quam præstant oues Dei eius voci in duobus. Primum: ex parte intellectus, credendo sine disputatione id quod dicit. Secundum: ex parte voluntatis faciendo, & implendo eius mandatum. Hinc est quod grauem iniurat Deo ignominiam, qui vult examinare verum verum sit id, quod dicit, & iustum id, quod præcipit etenim non est hoc agere cum Deo, sicut cum supremo Domino, & prima veritate.

Ex prædictis, inquit D. Chrysostr. intelliges qualiter tibi sit audiendum Dei verbum eiusque doctrina, nimirum cum obedientia suprema, non examinando, quomodo hoc est? Quomodo illud? Qui fieri potest, vt tres sint personæ & vna sola essentia? Qua ratione, si Pater generet filium non est illo prior? Quomodo in tam parua quantitate vnus hostiæ perfecte lareat totum Christi Saluatoris nostri corpus? *Oues audiunt & non disputant:* de quo subtiliter discurret D. Basil. illa Davidis exponens verba: *Credidi, propter quod locutus sum,* &c. Non queritur à te, ait ille sanctus, vt intelligas illa mysteria tibi à Deo propofita, nec vt illa tuo capias intellectu: etenim exiguum haberet pelagus fundum, quod breues adeo pedes tranfuerent: hoc autem tibi præcipit, vt credas simpliciter. Hæc est diuina bonitas quæ nobis magnam hanc facit misericordiam, quæ præclara sua mysteria, & suprema communicat Sacramenta. Noueris ea esse talia, vt *Cccc 2* impossibila

Homi. 2. in Ep. ad Ro. post mediæ.

III. Supremo Domino suprema debetur obedientia.

25

In Ps. 119. v. 2.

Credenda sunt non intelligenda.

impossibile sit nobis in hac vita illa intelligere: valde foret exigua, si nos ea posset intellectus comprehendere: supremam à nobis exigat obedientiam, ut audiamus id, quod nobis dicit: quum simplicitate, credendo, & non disputando, nec examinando nec tantam volendo intelligere profunditatem. Adcirco nobis mandat, non ut intelligamus, non ut comprehendamus, sed ut simpliciter credamus.

Tract. 36. in illud Ioan. 8. Non sum solus.

Duo (sic D. Augustin.) potes percunctari circa illa mysteria, quæ tibi Dei verbum proponit, quæ sunt fidei: primum, quomodo illa intelligam quæ non comprehendo? Secundum quomodo credam non enim intelligo? Ad primum tibi respondeo: optime dicis, quod illa nequas intelligere, cum illa non possis comprehendere: ad secundum tibi dico, quod non bene dicis: quomodo illa possum credere quandoquidem illa non possum intelligere: quia ad illa bene credendum, non à te petitur, ut illa bene intelligas, imo potius idcirco à te petitur, ut illa bene credas & simpliciter, quia illa nequis intelligere. Dices: quomodo istud creditur. Quomodo istud capitur? Ad hæc duo respondeo, quomodo capitur, recte dicis: quomodo creditur, non recte dicis: imo ideo bene creditur, quia non capitur: nam si aperitur, non opus erat, ut crederetur: quia videretur. Ideo creditur quia non capitur. Hoc igitur est quod Deus à suis requirit, simplicem obedientiam erga diuinum suum verbum: hæc enim illi debetur, ut ipse supremo Domino, & primæ veritati nam credendo, sicut credis, quod Deus sit, iniuriam illi facis dum vis examina: e si verum sit id, quod ait, & si iustum sit id, quod præcipit.

Rom. 5. 1. 2. Cor. 10. 5. Intellectus non ster omnium est inuestigator.

Hæc est illa obedientia, quam ut primum fidei fundamentum statuit Apostolus. Ad obediendum fidei. Et illam alio loco declarauit, dicens: In captiuitatem redigentes omnia intellectum in obsequium Christi. Tribuit nobis Deus intellectum, ut esset velut inuestigator & omnium eorum examinador, quæ nobis occurrunt, ut illo nostros gressus examinemus & actiones, idque discutiamus quod nobis dicunt, qui in mundo sunt; ne nos circumueniant. Hæc quidem sic se habent quando agimus cum creaturis, quæ nos possunt decipere. Diligenter examina, quod aliter tibi dicit, quod hic tibi promittit, & tuus hæreat intellectus, in eo quod ille narrat

redux ab Indiis, aut ille, qui tibi tendit insidias, sed ad vocem Dei, sit ligatus, sit captivus, & illum tu in captiuitatem redige, non illi permittens, ut examinet, ut quæstioni subijciat id, quod Deus asserit: nam hæc illi obedientia debetur quod tamquam supremus Dominus præcipit, & tamquam prima veritas confirmat. Habes hic primum Dei iocundum iudicium, id est prædestinatorum, obedientiam simplicem ad Dei vocem, credendo id, quod ait, & faciendo id, quod præcipit.

Quibus notum est, quod in duobus illis fratribus Iacob & Esau nobis Dominus symbolum præmiserit populi Iudaici, & Gentilium: prædestinatus ille per gratiam Euangelii & hic in ordine ad eam reprobus: sic enim Deus Rebecca prædixit, quando geminos gellabat in utero. *Dux gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur.* Quæ verba huic proposito conuenienter expendit Apostolus. Quod si à Deo scisciteris, quænam futurae sint singulorum conditiones, tibi per Dauid respondet: quod ille populus prædestinatus obedientiam præstet voci suæ, adeo simplicem, ut quam primum illam audierit, recipiet. *Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit voci.* Talem mihi seruauit obedientiam, qualis supremo debetur Domino, cui seruire oportet nulla facta eius verbo oppositione.

Populus autem reprobatus eius examinaret verba & circa illa disputaret, maiorum suorum vestigia secutus, qui semper contradixit iis, quæ Deus & dicebat, & faciebat, eiusque verbis dubium ingererat, nec illa credebatur, similiter & eius mirabilibus defectum adscribebat. *Filij alieni mentis sunt mihi, inuenerat sunt, &c.* Ecce quales illos describat D. Ioan. Christum circumdantes. *Circumdedant eum Iudei, dicens: Quomodo unquam nostram tellurem & solum ex Christus, ait nobis palam.* Quomodo tandem nos decives suspensos? Si tu es Christus aperte nobis hoc indicato? Respondet Christus: *Millies hoc vobis dixi, & semper verbis meis vos posuistis aduersarios, & contradixistis per hoc ostendendo, quod non estis ex ouibus meis: si namque ex illis essetis, vel semel hoc dixisse sufficeret: Laqueus vobis non crederetis, &c.* quia non estis ex ouibus meis.

VI. Iacob prædestinatus, Esau signatur reprobatus: Iudeos & gentes. Rom. 9. 10. Ps. 17. 45.

Mirum

26
Iudei
semper
Christo
contradi-
cerunt.

Mirum est, quam prouisi fuerint & perui-
caces, vt Saluatoris Christi verbis contradi-
cerent. Quando illis ait quis sit, replicant,
dicendo quod non teneantur illi credere: nul-
lus etenim in propria causa bonum fert te-
stimonium: & sic vidimus Sabbato præce-
denti, cum eum illis diceret: *Ego sum lux
mundi*. Obiecerunt illi: *Tu de teipso testimo-
nium perhibes, testimonium tuum non est ve-
rum*. Ab ipso requirunt, vt dicta miraculis
confirmet: quando autem illa exhibet, tur-
lus obiciunt vt illis verbo clarius d. cat
quod illo conatur iperiuadere. *Si tu es Chris-
tus dic nobis palam*. *Circumdederunt eum*:
quando opera exhibebat, petebant verba, &
quando verbis affirmabat, opera requirebant.
Notandum verbum illud. *Circumdederunt*
quo D. Ioan. vitur: hoc etenim profundissi-
ma signat mysteria. Verbum hoc *circumdare*
in rigore, significat animo hostili & milita-
ri corona cingere. Sic Spiritus S. loquitur
quod Rex Saul persequens Dauidem, illum
in modum coronæ circumcingeret. Simi-
liter Christus prædicans Romanorum ad-
uentum super Hierusalem, & obidionem
futuram, sic ait. *Circumdabunt te inimici tui
vallo*.

1. Reg. 23.
26.

Luc. 19.
45.

VIII.
Et Dei
veritate
in iniu-
stia de-
tinent.

Præponit nobis illos Euangelista acce-
dentes ad Christum animo hostili, vt illi
contradicere: & meo quidem iudicio pa-
teat de illis intelligimus quod Apostolus
Paulus dixit de Philosophis illis inflatis, re-
probis, & præcitis quorum non toleranda
impietas grauissime diuinam prouocauit iu-
sticiam. Duo de illis enuntiat: vnum: malam
arguit in eorum intellectu dispositionem:
Dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt. Al-
terum: malam ostendit in voluntate disposi-
tionem: etenim diuinæ se veritati opposue-
runt, eamque iniuste detinuerunt: *Qui ve-
ritatem Dei in iniustitia detinent*.

Rom. 1. 22

Rom. 1. 18

IX.
Philoso-
phi nihil
credunt,
nisi quod
ratione
probatur.

Primo: dicit quod in eo ipso, & per idem
ipsum, quo ostendere se voluerunt esse sa-
pientes. Stulti facti sunt: quo peruersam de-
clarat dispositionem eorum in intellectu ad
diuinam recipiendum veritates. Sapiens dicitur
apud Philosophos ille, qui rem cognos-
cit ex causis suis & principiis: & tunc di-
citur, quod quis se sapientem ostendat,
quando proposita illi aliqua re, eiusdem cau-
sas inquit, & principia. Quæ circa dice-

bant illi Philosophi, quod credere res pro-
positas, nulla præhabita clara ratione, pro-
prium esset simplicioribus: sapientes enim
non eis fidem adhibent, nisi illis ratio eius-
dem assignetur. Sic refertur de Aristotele:
dum enim die quodam in manus eius liber
incideret Geneleos, quem Moyses conscrip-
sit, primam illam cepit legere propositionem:
*In principio creauit Deus cælum & ter-
ram*, & iterum progrediens in eiusdem le-
ctione, sperans quod prædicta confirmaret,
nullam autem aduertens probationem, li-
brum abiecit, dicendo: *Bene dixisset iusti-
cus, si probaret*. Ad Philosophos peruenit
diuina veritas: etenim absque dubio illam
sepius audierunt, & eo quod ad eorum au-
res peruenit id, quod Prophetæ, & alij de
populo Dei dicebant, vt probat D. Clement.
Alexand. sed volentes se sapientes ostende-
re, petebant vt illa rationibus ad credendum
probarentur. Quo factum est, vt stulti
facti sint, & obsecratur habuerint intelle-
ctum: grauior etenim dari non potest
amentia, quam velle Dei veritates intelligen-
re ad illas credendum: quia non debent in-
telligi, vt credantur, sed ex opposito, cre-
di debent vt intelligantur: vt diebus præte-
ritis diximus: nam idcirco hanc statuit I-
saias propositionem: *si non credideritis, non
intelligitis*.

Secundum: quod de illis dicit hoc est:
Veritatem Dei in iniustitia detinent. Quæ
verba licet altero die vno sensu explicau-
rimus, alterum tamen habent mirabilem,
& plane mysticum, quo demonstrat Apo-
stol. reprobam in eorum voluntate disposi-
tionem. In intellectu suo Dei veritatem mi-
nime receperunt: vnde deficiente illis hoc
fræno, soluti habentis in quos suos sectari
sunt appetitus, quo eorum voluntas in tan-
tam est delapsa malitiam, ut non solum hanc
non crediderint veritatem, quæ ea, quæ
oculis suis cernebant, illis clare propone-
bat: sed ducte se illi opposuerunt, ingres-
sum illi prohibentes. Omnes has creaturas
tali creauit Deus ordine, vt veritatis Dei es-
sent tubicines: quod ipse vnus sit, solus, om-
nipotens, æternus, & omnium earum crea-
tor, quod nulla earum Deus sit, sed factura
illius qui Deus est, quod singula & omnes
simul illas Prophetæ Regij voces attollant:
Ccc. 3. Ipsa

X.
Vnde in
tot vitia
corruc-
runt.

Pl. 99. 3. *Ipsi fecit nos, & non ipsi nos.* Quilibet eorum conspecta veritatem illis Dei proponebat inuisibilem. Inuisibilia Dei, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. *Ecce. Ita ut sint inexcusabiles.* Illa, quae videbant, clare illis demonstrabant essentiam divinam veritatem: sed tanta erat voluntas eorum perversitas, ut ingressum illi negarent, & violente eam decernerent: ne intellectum eorum ingrederetur. Ipsa illis clare se proponebat, & ipsi illam cognoscentes, eidem adversati sunt, & ingressum impediunt, non sine gravi iniuria: mendacio vero confenserunt ingressum, tantorum Deorum adeo vilium & immundorum, quos adorabant. Hoc est quod ait Apostolus. *Veritatem Dei in iniustitia detinent.*

XI. Metaphora.

Er metaphora sumitur à tumultu seditioso civium in Regem suum, qui alium pro suo cerebro constituunt, ut Rex si cum autem Rex legitimus accedit, & suam querit intrare civitatem, portas illi praecludunt, ingressum negant, & tormenta bellica in eam dirigunt explodenda. Hoc ipsos fecisse demonstrat Apostolus. & per hoc se reprobos esse significavit: idcirco permisit Deus, ut in tam execrandas laborarent ineptias, ut adorarent colubros, bufones, lacertos, & alia, quae refert Apostolus: *Idcirco tradidit illos Deus in reprobum sensum, &c.*

XII. Tales fuerunt & Iudaei.

An reprobos illos notasti, nobis ab Apostolo descriptos? Tales ergo fuerunt illi ex Evangelio, quos nobis proponit Evangelista Christum circumdantes. *Circumdederunt eum Iudaei.* Primo, malam eorum perpende in intellectu dispositionem: etenim eo nomine, quod sapientes sint, volunt Dei veritatem examinare, & hoc ipso stulti sunt, & obcaecantur. *Quem suam animam nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam.* Sumus nos huius plebis oculi sapientes & magistri, quod enim nobis credendum est, prius hoc nobis evidenter est demonstrandum: quod si populus ut simplex in rebus certificandis non haereat, nobis similibus non est assentiendum, nisi illas nobis confirmes evidenter. Hoc supposito principio quidquid Christus dicebat, praeedicabat, & operabatur, perpetuo subiciebant examini. Quando proponebat illis veritatem, dicebant, quod illam non deberent credere: quandoquidem

nullus bonum fert in propria causa testimonium: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Volumus, ut, hoc, quod dicis, operibus confirmes. Fiat, opera demonstrat, & die quodam cum ea examinaissent ut iudices, dicunt ea vir vilius esse momenti, & communia: alias quod virtute haec patretur diabolica: alias quod haec sibi non sufficerent, nisi clare illis verbo loquatur: quid plura? Declarant, quod sint sapientes, ac proinde nihil illis sit credendum, nisi quod viderint: unde in omnibus quae Christus aut dicebat, aut faciebat, se itauebant examinatores & ea in quaestionem revocabant, dicendo: *Quomodo proprium illis verbum. Concionatur & sublimitate perorat: haerent ipsi in inquirendo: Quomodo hic literas scripsit, cum non didicerit? unde huc sapientia? Proponit illis SS. Sacramenti mysterium & profiliunt omnes in medium obiectantes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Caeco à natiuitate lumen restituit, ut per illud eorum animabus lumen infunderet, & omnes conveniunt & inquirunt. Quomodo? Itaque quando verbis veritatem illis proponit, dicunt se opera, flagitare: quando exhibet illis opera procedunt, & dicunt se audire velle verba clarissima: Dic nobis palam.*

Habes hic illud Apostoli. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Hoc ipso intellectu obtenebrati sunt, & satutum imperium sequentes passionum, eorum impletur voluntas invidia, & pervertitur iniquitate: ut dicere liceat: *Veritatem Dei in iniustitia detinent: nam animo se se opposuerunt adeo rebus veritati, ut manifestam illi inuulerint ignominiam, iniustitiam & violentiam, qua illam detinuerunt, nec ingredi permiserunt.* Erat haec veritas dominia legitima, cui se subdere tenebantur, iuxta foedus initum & constitutum, quo Messiam recipere aduenientem: Quam aperte veritas haec accedebat in eorum animas ingressura? Illam Christus per diuinum verbum suum mittebat: *Sermo meus veritas est.* Quam efficaciter & fortiter tentavit ingressum nunc per auditum, cum gratia & eloquentia, qua Christus illam proponebat, & quidem tanta, ut ipsimet obstupescerent: alias per oculos, prodigiis adeo caelestibus nam per illos videbant quod illa

XIII. Christi opera sepe volebant examinare. *10a. 7. 15. 10a. 6. 55.*

XIV. Veritatis se se opposuerunt.

illa faceret ad eiusdem confirmationem adeo
suprema : vt ipsimet faterentur hæc suffice-
re, vt totum mundum in fidem suam pellic-
ceret. Quod si veritas Dei maiores ad in-
gressum vires adhibuit, non minores illi ad-
hibuerunt, quibus illam repellerent & ab
ingressu procul arcerent. Eius cernebant mi-
racula à quibus realiter conuincbantur, &
hanc cognoscebant veritatem, prout postea
dicendum. Cum esset legitima domina at-
que vt talis cognita, detinebant illam ne in-
traret suæ violentia malitiæ : ideo dicitur:
In iniustitia detinent. Ecce quam graphice
D. Ioan. illos deserbat. *Circumdederrunt enim
Iudæi, &c.* Quasi bellum inferentes illi, &
oppositionem. Si nonnulli forent tam a-
nientes vt solem circumdarent, quasi ra-
dijs lucis eius vim vellent inferre, cona-
ti illam detinere ne ad oculos intraret,
illos ocludendo & obturando; tales sunt
illi de quibus prædixit Iob: *Ipsi rebelles fue-
runt luminis.*

Iob. 24. 13

Habes hic apertum reprobatorum symbo-
lum, hominum, quibus anima tanta reple-
tur malitia, vt Dei veritati negent ingres-
sum, imo illam impediunt forasque manere
patiuntur. Tu perpende, vtum ex illis vi-
uas sis: licet enim ita sit quod ex illa possi-
mus iudicare principaliter vt reprobos &
præcitos ipsos hæreticos, qui non solum
non audiunt cum omnis voce Dei, quam
illis per Ecclesiam suam proponit, sed illam
velint examinare, illi sese opponant, & nul-
lum permittant ingressum: pariter possemus
aliquo modo iudicare, quod hinc timere
possint nonnulli Christiani sese inter repro-
bos esse numerandos. Quoties ad te Dei
veritas verbumque accessit, & illud tu co-
gnosces, nedum illi nolueris dare introi-
tum, sed iniuper illud ab ingressu iniuste
cohibuisti, tanquam si legitimo patrifami-
lias quis in domum suam ingressum impedi-
ret. Quod si dedisses ingressum, tecum Dei
veritatem adduxisses, & cum legitima sit
ipsa domina, hanc animæ tuæ domum gur-
bernaret. Dico mihi tot diebus quibus iam
prædicamus, & quibus omnibus ad te veritas
accessit diuina, quam vel quas ex illis tibi
retulisti? Post tot auditas conciones, quæ-
nam obsecro veritas ingressa est sedemque
sua in corde tuo permanentem? Aliquoties

XV.
Etiam
Christia-
ni verita-
ri se op-
ponunt.

à nonnullis vestrum inquiri, qui sermones
frequentatis, vt mihi dicatis quid ex illis
vobis superfluit, & quid animæ vestræ
collegistis: dicit hic, labilis sum memoriæ,
dicit aliter, oblitus sum: respondet ille,
labore iudicio. Non est hæc ratio prin-
cipalis, sed quod accedenti veritati in ani-
mam vestram ingressum minime concessis-
tis, vnde hic, vbi illa dicitur & proponi-
tur, ipsa remansit. Numquid audisti verita-
tem à predicatore tibi propositam, quod
tibi vitæ tuæ interesset affectum hunc pro-
cul arceri sensualem, & manu mittere
mulierem: hanc impudicam: tu vero a-
morem illum ad nummos abnegares, &
aliena restitueres: tu autem illicitas illas
omitteres luxurias quibus immemor tui
tuæque animæ detineris? An hæc intra-
uit veritas? An sumpsit in corde tuo do-
micilium? An procam dimisisti? An ma-
leparata, dixerit melius male sublata re-
parasti? An in teipsum reuersus es, quo
vitam aggredieris, qualem decet diui-
no consecratam obsequio? Ingressum ve-
ritati num dedisti? Totus es in exa-
minando: quomodo manu mittam mulie-
rem: quo namque die, non illam vi-
deo, sic languo vt mihi deficiere vita vi-
deatur? Quomodo facultates restituum,
quas iam in sanguinem mihi conuertisti?
Cave, ne tibi dicat, *Vos non credistis: quia
non estis ex omnibus meis, Oues meæ vocem meam
audiunt.*

11.
§. 14. Oues meæ vocem meam au-
diunt, Indiciam est prædestinati au-
dire vocem Dei, eius seruando legem:
sicut reproborum, illam transgre-
di.

Non solum vox Dominus noster his
verbis: *Oues meæ vocem meam au-
diunt:* signum declare suorum præ-
destinatorum, quod nimirum omnium sim-
plicitate vocem suam audiunt ex parte in-
tellectus, credendo, nec verborum suorum
examinando veritatem: sed etiam ex parte
voluntatis illam ad amissum impiendo,
vnde.

28.

1.
Audite
vocem Dei
id est ex
obedire
simplici-
ter.